

O R A T I O

A B

AUGUSTISSIMO DOMINO

D O M I N O

LEOPOLDO II.

ROMANORUM IMPERATORE

HUNGARIÆ, BOHEMIÆ, DALMATIÆ, CROATIÆ,  
ET SLAVONIÆ REGE APOSTOLICO

D I C T A

AD INCLITOS STATUS ET ORDINES

R E G N I H U N G A R I Æ

DUM COMITIS DIE XIII. MARTII ANNO MDCCXCI.

FINEM IMPOSUIT.



---

POSONII,

TYPIS JOANNIS MICHAELIS LANDERER, NOBILIS IN FÜSKUT,  
TYPOGRAPHI ET BIBLIOPOLÆ.

E-376121

Q U A T I O



AUGUSTISSIMO DOMINO

D O M I N O

LEOPOLDO II.

ROMANORUM IMPERATORE

REGIS BOHEMIE, BOHEMIAE, PALATIAE, CROATIAE

ET SACCRAE ROMANAE APOSTOLICAE

SEDIS

AD HELLICUM STARE ET ORDINE

REGNI HUNGARIE

DEI GRATIA



THE JOHNS HOPKINS LIBRARY  
JOHNS HOPKINS UNIVERSITY  
BALTIMORE, MARYLAND

DS-2023-437



**A**ntequam fideles Status, & Ordines diuturnis Comitiorum curis occupati ab invicem sejungantur, volumus constricti licet temporis angustiis eo perfrui solatio, ut in medium fidelis Populi Hungarici convolemus; venimus sine ullo Regio Comitatu, quia fulgorem Regiæ Dignitatis in animis populorum reponimus. E datis ad Postulata fidelium Statuum & Ordinum Respon- sis nostris intelliget universa Natio, Nos non minorem tu- endorum Regni Jurium, quam ipsius Regiæ Dignitatis ha- buisse rationem, factoque ostendisse, quod quidquid ad firmanda, aut planius explicanda liberi ac in sua Con- stitutione independentis hujus Regni Jura spectat, tan- quam totidem ad splendorem, decus, ac firmitatem Co- ronæ accessiones consideremus, debitique nostri sempi- terni ducamus imperare nunquam Arbitrio, sed solum Legibus, quibus Gens libera sua etiam consensione se- met submiserat; intelliget etiam Principem inter, atque omnium Ordinum Status talem coaluisse fiduciam, quæ nulla deinceps temporum vicissitudine dissolvi queat; lu- culentum illius præbuerunt fideles Status & Ordines nu- per etiam testimonium, dum per Nos neutiquam excitati sed generosi illius, ac Hungaræ nationi proprii animi sti- mulis acti, spontaneum de præbendis, ut sua Coronæ ac Genti Dignitas, Regno vero suus decor asseratur, sub-  
fi-

24742 70  
fidiis fecerunt oblationem, eamque in Legum Tabulas referri voluerunt; dignum sane monumentum, ad quod Posterius ipsi respiciant: Hanc Nos oblationem cum Benigna animi satisfactione suscipimus, illiusque, dum rerum adjuncta poposcerint, congruum facturi sumus usum. Hæc in Augustam Domum Nostram charæ nobis Genti hujus devotio in certas nos spes erigit, futurum, ut eandem plane promptitudinem in generosis Hungarorum animis inveniamus, dum Salus & consideratio Statuum nostro Regimini commissorum poposcerit: ut quippe Europa omnis intelligat, Augustam Nostram Domum in Regno suo Hungariæ, dum illud suis gubernatur Legibus, ac in partem curarum Salutis publicæ vocatur, robur, quod atrocissimis etiam Hostibus resistat, inventuram; ac ista equidem promptitudine, quia Pacis sumus studiosissimi, nos nequam abutemur; sufficit tamen nobis ea nutriri posse spe, quod Domus Nostra perenne fulcrum, ad quod, dum salus Reipublicæ id exegerit, tuto se convertere valeat; in animis fidelium Hungarorum sit habitura. Deputationibus Regnicolaribus non est cur concreditum laborem commendemus, præstabit id proprius ille ardens Zelus, qui quemvis, ut cunctæ Administrationis partes rite instituantur, est animaturus.

Tabulas Legum jam Nostra etiam Sanctione firmatarum Dilectioni Vestræ isthic consignamus; præbebunt hæc perenne Paterni Nostri inpercharam Gentem Hungaram affectus testimonium.

Accipe una Fili dilecte Paternam gratitudinem, quam quia fidem Genti huic obstrictam sancte exolvisti, quia munere tuo, ut Ego a te poscebam, & tu vovisti, functus es Pater tuus in conspectu fidelium Statuum, quos etiam uti suos dilectos filios reputat, Tibi testificatur.